

Elias Mascov

**Discursus Studenticus ...**

**Pensum Nonum : De Oculo Adolescentem Venante, i.e. Ich, Du, Er, Wir, Ihr, Sie  
charmiren. Das heisset bon Philosophiren. Viris ... Dominis Joh. Sam. Thelao,  
Jonae Bangio, Joh. Schmidio, Stockholma-Suecis, In Amplissimum Ordinem  
Philosophicum Academiae Varniacae Solennissimis Ceremoniis Anno  
MDCCXXXIV. d. VI. Maji**

Rostochii: Adler, 1734

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612455>

Band (Druck)   Freier  Zugang   

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn828612455/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612455/phys_0001)



MK-7973<sup>a</sup>.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn828612455/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612455/phys_0004)

DFG



Fr. Bachmann

15 Briefen  
1732-75

wol. unicum

U. - Bibl. hat nur einen Teil

PENSUM NONUM  
ΔΙΑΝΟΗΜΑΤΟΣ ΣΤΟΤΔΕΝΤΙΚΟΥ

DE

# OCULO ADOLESCENTEM VENANTE,

i. e.  
Joh, Du, Er, Wir, Ihr, Sie [charmiren],  
Das heisset bon Philosophiren.

VIRIS

PRÆNOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, DOCTISSIMIS,  
DOMINIS

JOH. SAM. THELAO,  
JONÆ BÅNGIO,  
JOH. SCHMIDIO,  
STOCKHOLMA-SVECIS,

IN

AMPLISSIONUM ORDINEM PHILOSOPHICUM  
ACADEMIÆ VARNIACÆ

SOLENNISSIMIS CEREMONIIS

Anno MDCCXXXIV. d. vi. Maji

suscipit sacrabat

ELIAS MASCO,

PH. ET U. J. C.

---

ROSTOCHII, typis JO. JAC. ADLERİ, SER. PRINC. & ACAD. Typog



## PROLUSIO.

**Q**VOTIDIE OCULOS HAMATOS SESE PRODERE, CUVUSNAM CORDIS NUNCI  
CII SINT, CUILIBET IN APRICO EST:

*Amor enim ut lacrymæ - -  
Ex oculis surgit, pectoris ima petit.*

Quare optimum in modum erumpit OVIDIUS: (a)

*Perque tuos oculos, qui rapuere meos.*

Oculos adeo quis non animadvertis *πύλας* quasi, qui transgressum admittendo utriusque mutuum efficiunt actionem & passionem, ita ut sane si qua alias, hic duorum φύλων πάντα κοντά. Præprimis cum oculus αρχὴ φιλοτητῶν ἀνθρώπων σώματος ἐρχόμενον εἰς φθαλμὸς καὶ διὰ αὐτῶν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἔρεσθαι.

(a) Amor. lib. 3.

## PERIOCHA I. DE OCULO.

§. I.

De oculo exordiamur. Non semper contingit STOICUM ut agat Studiosus Studiosissimus ubi tactus, quem Stoici ut unicum sensum



sum statuebant, exerceatur proinde plus simplici vice satiare oculum oculis ipsum oportet. Venatori quippe juxta COLUMEL-  
LAM, virtus non ducitur, etiamsi non omnes feras, quas capitat,  
ceperit, sed sufficit quandoque ipsi solatio illud OVIDIANUM (a).

*Liceat quod tangere non est,  
Adspicere.*

(a) L. III. Metamorph. p. 478.

### §. II.

Oculus autem Græcis dicitur ὄφθαλμος, quasi ὡπρὸς θάλ-  
αμος, quod sit thalamus, ex quo visus emicat; Quæ & sane  
ratio est, ut alii φάρεα oculos dicant, cum ex ipsis φᾶς sive lumen  
progrediatur. Latini oculum ab oculendo vel occultando dedu-  
cunt, eo quod hos sub palpebris tanquam teguminibus, non ali-  
ter tanquam sub testa conchæ constitutos reperire licet.

### §. III.

Sumitur τὸ oculus vel proprie vel impropre. In hoc sensu  
Græcia olim habebat quoque duos oculos Spartam nempe & Athe-  
nas, referente JUSTINO (a). Ita enim negarunt se Spartani,  
inquit, ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos, pacem polli-  
citi &c. : Et in Subjectione Nicariana, Sol dicitur Ὀγανίς ὄφθαλ-  
μος i. e. coelestis oculus. (b) Proprie autem denotat organum sen-  
suum, quod domicilium in facie humana & objectum lucens  
habet.

(a) Lib. V. Cap. VIII. §. 4.

(b) Conf. NICARII Interrogationes & responsiones Tabulae CE-  
BETIS Thebani, Philosophi Platonici annexas.

### §. IV.

Descriptionem aliqualem oculi quidem suppeditat CASPAR  
BAUHINUS (a) dicens: Oculus est facultatis visivæ organon, quo  
tanquam speculator utimur, non solum ut ea, quæ nocitura sunt  
videamus & fugiamus, utilia vero persequamur, sed & præprimis

A 2

per

per ea quæ sunt visibilia, invisibilis DEI omnipotentiam contem-  
pletur. Ast accipias adæquatam oculi definitionem, quam afferit  
MEUS CHARISSIMUS atque ad tumbam usque DEVENERAN-  
DUS (b) oculus, inquit, est organon dioptricon (non catoptricon  
quod insectis tribuit) cuius tunica sic diæta cornea pellucida radios  
lucis & species visibiles transmittit, ut ad interiorem hujus conca-  
merationem & fundum usque penetrare, inibique imaginem finge-  
re aut pingere queas.

(a) In Theatr. Anatom. Lib. III. Cap. XXXIII. p. 708.

(b) In Diff. de dupli visionis organo & modo Dioptrico alte-  
ro; altero catoptrico Tract. Membro Prior. §. 3.

§. V.

Nunc ad distinctionem oculi. Pro diverso respectu & quidem  
*quantitatis* considerare eum licet, qua majorem & qua minorem.  
Reperimus enim, quod in aliis pro copia Spirituum magnitudo  
& splendor oculorum variet. Audias ANONYMUM (a) Hispanos  
magnis basiliceis oculis præditos semper Gallorum parvos columbi-  
nos contemnere docentem. De minoribus aedas JUVENALEM (b)  
qui eos vetulis adscribit:

*Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet,  
Fiant - - - oculique minores.*

Sic quoque jamjam morituris parvi, languidi & obscuri apparent,  
ut & ii, qui veneri nimium indulgent, minores habere oculos di-  
cuntur, teste CASP. BAUHINO (c). Nec magnæ, sed parvæ  
formæ fuerunt oculi A. M. a SCHURMANN, dum ipsa de facie  
ceræ ad speculum impressa loquitur (d): Oculi mei meos in for-  
ma minori imitabantur &c.

(a) Im VII. Theil des grossen Schau-Platzes jämmerlicher Wörde-  
Geschichte CLIII. 3. p. 542.

(b) Sat. 6.

(c) L. c. L. III. Cap. 35. p. 744.

(d) P. I. Euælægætus p. 19.

§. VI. Rati-

## §. VI.

Ratione *Qualitatis*, oculi hominum non sunt ejusdem coloris, quemadmodum quidem in bobus & aliis animantibus; quare & solum hominem inter omnia animalia numerosa oculorum varietate notari PHILOSOPHUS (a) scribit, cum tamen ceteris in suo genere color idem sit, equis exceptis, qui oculis cæsis interdum proveniant. Sic in Sina hominibus nigros, in Tartaria vero viridos esse oculos refert DIEMERBROECK (b). Teste HOEPINGIO (c) Albani habent hebetes & limos oculos. Quemadmodum nec Lea cristallinis & pulchris, sed lippis tantum prædita fuit oculis, id quod appareret ex vocabulo רַכּוֹת. Cum e contrario AUGUSTUS pulcherrimis oculis gavisus fuisse refertur a Suetonio (d) uti & TIBERIUS docente eodem SVETONIO (e). Apud nos vero ut plurimum deprehendimus vel fuscos, vel cœruleos & cæsiros oculos. Uter vero cuilibet arrideat magis, sciant ὁ Φαλμόδελοι. Certum autem quam quod certissimum est, alium huic, alium illi, adhuc alium isti studere oculo. Quare non inepte de hocce variorum oculorum studio differit MOSES AMYRALDUS (f) dum ait: & olim aliis fusci Veneris oculi, aliis Cœrulei seu lividi quibus Minerva quondam superbiebat magis arrifere. Et referente DESIDERIO ERASMO (g) oculi subcæsi Brittannis sunt amabiles, Quilibet adeo abundet sensus sui copia. De vario oculorum colore in genere scripta reliquit SIMON PORTIUS (h). Quo varietas oculorum autem referenda, de eo vid, GALENUS (i).

- (a) ARISTOT. V. gener. Animal. I.
- (b) In Anatom. Lib. II, Cap. XIII, p. 892.
- (c) De jure Armorum, Cap. XIX, n. 93.
- (d) In OCTAVIO Cap. LXXIX.
- (e) In vita Tiberii pag. 79.
- (f) In doctissimo opere de Religionibus, postea ab Adriano STEGERO e Gallico Idiomate in vernaculam nostram transfufo, P. I. Cap. VI, p. 143.
- (g) In Epistolis, Lib. VI, p. 1539.
- (h) Libr. pecul. de colore oculorum passim.
- (i) In arte Medica Lib. XXVII.

## §. VII.

Ad *numerum* oculorum quod est, ordinarie homini sunt gemelli, quo videndi actio sit eo præstantior; quique eodem momento simul & semel moventur, quo visio fiat perfectior. Nam altero elevato, si alterum deprimeres, objectum geminum omnino appareret, quippe visororum conorum axes in uno eodemque plano locari debuerint, quam actionem sane conjunctio nervorum motoriorum in exortu promovet. Unde & unus duorum (interdum vel quatuor *wenn man Augen Sprache hält*) oculorum est motus. Potest quandoque accidere ut haec duo membra divina, ceu GALENUS, oculos hominis vocavit (a) discolores pupillas admittant, adeoque constituant *dixορον*, quo cognomine venit olim ANASTASIUS I. docente HÜBNERO (b). De Cyclopibus Monoclis, quos Poetæ sibi finixerunt, hac vice altum instituo silentium. Quandoquidem ARGO centum oculos adscripsere unde illud: *Argo oculatior*; item quod ille Parthenophilus ad matrem filiam nimis custodientem:

Und hätte sie dabei, wie Argus hundert Augen,  
Cupido sieget doch, es wird kein Wächter taugen.

Quæ verba nituntur NOVELL. 134 C. 9, ubi dicitur, quod virgo non possit a viris custodiri. Utrum vero Μορόφθαλμος an Argus Satius charmirent valeat, in suspensio maneat.

(a) IX. Us. Par. 5. de anat. viv.

(b) P. I. kürzer Fragen aus der Polit. Hist. L. V. p. 489.

## §. VIII.

De *motu* oculorum, quo scopo nostro proprius accedamus, pauca adhuc differere juvabit. Est autem eorum aliis motus *επαιγων* s. attollens, qui sursum, tendit, aliis *ταπεινων*, qui deorsum; aliis *προσαγων* s. adducens, aliis *παραγων* s. abducens; aliis qua dextram, aliis qua sinistram, qui duo motus *πλάγιοι* s. obliqui dicuntur. In sensu morali autem si considerares adi

Meum

MEUM (a) ubi alius est superbus, alius humilis; alius bibitorius, alius indignatorius; obliqui nominantur amatorii, quia amantes & amatores sese mutuo per obliquum & furtim quasi intuendo venantur. Hi ultimi oculorum motus autem cum haud raro ab Adolescentibus utriusque generis instituantur, proinde specialius acturi sumus sequentibus.

(a) 1. c. Tract. Membr. Pr. §. 8.

## PERIOCHA II. DE OCULO ADOLESCENTULUM VENANTE.

§. I.

**O**culum nobis non in sensu diviso, sed composito, seu subiective i. e. quā in hoc vel illo homine est, sumi, in foliis jacet disco; Nec de oculo Nobilis TERENTIANÆ (a) & ut Medicis dicitur virginis SOPHISTICÆ (b) Sermonem instituam; nec in eo significatu sumimus oculum, in quo affert CHR. WOLDENBERG in Diff. de Idea s. delineatione Juris Publ. Sect. III. Cap. I. §. I. Sufficit in genere de oculo obliquo & amatorio, quā impudici cordis nuncio verba facere, & de feminino Masculinum captante. Ne autem die sich nach Manheim sehrende Schwestern sibi injurias fieri objiciant, quod in ordine primum eis adaperiam locum harum Periocharum, cum juxta ipsarum mentem Masculi prius venarentur oculos feminarum, quam feminæ Masculorum, observent, tantum abesse, ut veritatem quoad hæc dicant, ut potius ingenuam ignorantia, (vincibilis licet) confessionem eadem ipsa objectio ipsis extorqueat. Accedat PHÆDRUS (c) & pudore dubio procul quasdam suffundet, sic enim illæ

*Quidam*

*Quidam decedens tres reliquit filias,* (a) *MURM*  
*Unam formosam & oculis venantem viras.*

utpote quæ putabat : ὁ Φαλμοὶ μὴ βλέποντες, νεκροὶ. Quid ? quod *Plautus* (d) quoque alia ejusdem generis venaturam oculis fecisse dicatur. Quo factum & sane est, quod hodie Parentes filiabus suis eadem natura præditis maritos querere i. e. conditionem querere (e) opus non habeant, quemadmodum Comici quidem testantur de Romanis. Ab hoc onere enim nostris seculis *Nostra* suos Parentes liberatum eunt quam maxime. Hodie quippe ipsæ Filiæ sibi conditionem, imo conditions querunt ad superlativum usque. De cetero, cum vota nuptiarum festinent maturius Fœminæ præ Masculis Aristoteli, Platoni, Hesiodo prorsus indignantes ; Justiniano autem faventes (f) necessario proinde consequentia suo firmabitur gressu, virgines citius venari viròs incipere, ordineque ea propter priori locandas.

(a) Heavton. Act. I. Scen. I.

(b) evolv. C. M. Müller. Diff. Jurid. de virginē mobili Mecklenburgica Cap. I. §. V. p. 16.

(c) Fab. LXIII.

(d) in Milit. glorioſ. art. 4. Sc. I. v. ult.

(e) l. 19. π. de R. N. junctis Animadvers. ff. G. Efforis ad f. G. Heineccii Element. Jur. Civ. ad L. I. Tit. X. de Nuptiis, (d) pag. 77.

(f) Fœminis annum nubendi præscriperat Aristotleles annum ætatis 18; Plato annum 20. Hesiodus annum 15. verum Justinianus annum 12, qui & proinde gratiam Fœminarum aucupavit, Conf. G. SCHÖNBORNERI Polit. Lib. I. Cap. VI. de marito & uxore pag. 15.

### §. II.

Cum autem hæcce venatio ocularis Fœminino-Masculina sit quasi actio s. motus per oculos in aliud Spiritum, quo vis cogitandi libera spiritus in altero similem excitat vel saltēm excitat intendit motum, quem ipse habet (a); causas & rationes specificas ipsius

ipius venationis rimari non tam, quam mirari te oportet. Sunt quippe innumeræ numero. Quare si quis hoc transferret verba STRYKIO - SCHÖPFERIANA (b) (quæ quidem probant hoc tantum, quod judex non teneatur rationes decidendi exprimere) daß es öfters aus erheblichen und beweglichen Ursachen geschehe, non inepte sane faceret. Demn der Himmel ceu loquitur EÜSTADIUS (c) de cœli & stellarum influxu momentaneo in hominis jamjam nati futuras actiones, geust durch ein kräftigen Scheit, durch die Aspecken, durch ein heimliches Berühren (contatum occultum) und durch die Species immaterias (d) alle seine Kräfte auf die oder denselben mit einmahl aus. Sed quo rapior? Sufficiant hæc animo THEMISTOCLIS in excogitandis & conjiciendis quibusvis rebus sat apto.

- (a) Conf. GÜNTHER. LUDOVICI Tentam-Pneumatico-Metaphysici de Motu Spirit. Sect. Post. Part. Post. §. 176. pag. 66.
- (b) in Dissert. de falsa ratione decidendi Cap. I. p. 7. 15.
- (c) in Aphorismis Astrologicis Num I.
- (d) Exempla vid. in P. HÜLKEN'S Mathematische Raritäten und Astrologisches Prognosticon Anno 1711.

### §. III.

Missis causis supra meam penulam positis, progredior ad media venatoria. Varia autem hæc dicuntur. Sic alia his; alia illis; adhuc alia istis narratur ut mediis. Quid nunc? vereor umbram umbrarum! Ast inquiram quoad ejus fieri potest. Fœminæ quidem olim permisum erat ornatus ut formam suam concinniorem efficeret, docente VALERIO MAXIMO (a); Sunt enim alias admodum insulæ atque invenustæ sine munditie & sumtu, uti fidem facit PLAUTUS (b). Verum vitiosum ubique quod nimium. Cum igitur hodie juxta HORATIUM (c).

*Motus doceri gaudet Jonicos  
Matura virgo, & fingitur artubus*

B

Jam

*Jam nunc, & incestos amores  
De tenero meditatur unguis;*

Interdum vero non nisi mediocris formæ, & innocentia faciei non solum rara sed & plane nulla sit; Fit, ut, dum non pulchritudinem ἐμφυτού curans, sed ἵππητον affectans,

- - - non contenta decore

*Ingenito, externam mentitur fœmina formam.*

„ Sapunculo faciem diligentissime illinat, capillos insolet, aut inficiat, ut colorem mutet, aut veris crinibus ementitos substituat, candidoque pulvere interspergat, genas denique ora atque oculos vel coloribus distinguat, vel atris quibusdam stellulis (Schöns „flecken) ut cuticulae candor aspicientium oculis eo se suaviori blandimento insinuet, quæ sunt FECHTIANA (d). En igitur Adolescentulam Adolescentulum venantem non per συμμετέχων quandam gratiosam eamque naturalem, sed fictam!

(a) Lib. II. Cap. I.

(b) In Poen. A&I. Sc. II.

(c) Lib. III. od. 6.

(d) In Noct. Christ. Exercit. X. de forma Faciei Christi §. V.

*pag. 370.*

§. IV.

Ad specialiora. Conspecto igitur forte liberalioris staturæ, nasi, formaque Juvenale (amat quippe hæc valde semper Dominos Longelios & Nasianzenos, cæteris tamen paribus: contra ea Minutii & Curtii in tempore easuque extremæ necessitatis & Leipandriæ cavernam inequitant) nullum non lapidem movet, nullas non astutias excogitat, ut ejus amorem venetur, eamque ad νυκτα maxēv captet. Quos non oecursus ei donat? quibus nutibus, nictibus, exsecrationibus, sibilationibus, scalpturitionibus pedum, qua furtiva oculorum luxuriantium ac milvinorum, quos LUCCUS apud APULEJUM (a) nequidem auffugere se potuisse dicit, molli-

tie,

tie , mutis quodammodo verbis prætereunti non loquitur ? quas non venaticas canes emitit ? quas non literulas (dotalia instrumen-  
ta Ehe-Stiftungen oder Heyrahts-Briefe juxta J. SCHNO-  
BELIUM (b) variis modis occultas , quas non peremptorias cita-  
tiones , quibus inverso plane lesbiandi provocandique ordine cir-  
ca horam indidem constitutam conveniendi sui copiam ultrō lar-  
giatur , ipsis insinuandas curat ? Et hujus farinæ quæ sint alia (c).  
Apage eapropter Lucia Siracusana pulchros tibi oculos avel-  
lens , ne venareris (d). Accedat Illa virgo cujus oculus mures  
(διῶν licet ποδῶν) nocte silentio venabatur (e). Hæc enim adeo  
curiosa est , ut æque ac mulieres Saracenorum alibi nubat , in loco  
pariat alio , liberosque procul deducat (f). Qua de re maxime  
conduceret oculo viros venanti , si certus ac specialis locus in Au-  
ditorio concederetur ad auscultandum (g) in quo hac ratione vel  
quotidie se sisteret Illa , de qua APULEJUS (h) quod , cum quem-  
que παρεκεντει i. e. incurvato humero aspicerit speciosæ formæ ju-  
venem , venustate ejus sumta , illico in eum & oculum & animum  
detorserit.

- (a) Metamorph. Libr. VI. 10. p. 127.<sup>3</sup>
- (b) In diff. de patria Potestate Thes. LXIV.
- (c) Conf. JUN. PARTHENOPHILI Thes. Inaug. de Virgin Thes. 118.
- (d) Sabel. Lib. IV. Cap. 8.
- (e) C. Loescheri Diff. de ΜΕΘΑΜΟΡΦΩΣΕΙ Regis Nabuchodo-  
nosaris §. 4.
- (f) J. HATTINGIUS in Diff. Saracenos primos veros esse Haga-  
renos & Ismaelitas §. 3
- (g) J. J. SCHOEPPFERI Meditt. Jurid. Medit. ult. X. (XX) Lib.  
II. 25. pag. 23.
- (h) Lib. II 25. p. 23.

## §. V.

Nec est , quod hic se excludat oculus Gallæ , quæ licet castita-  
tem continentiamque præ se ferat , indem sie einen schwargen  
Flohr über die Supercilia ad nasum usque bindet , duabus ve-

ro oculo πύλας relictis , quemadmodum ostendit SEBASTIAN URANCX sequentibus verbis a PETRO DE JODE Sculptore char- tæ impressis :

*Condis Amatori formæ, cur, Galla, decorem,  
Dum, latet occulti est gratia nulla boni.*

Tantum enim abest, ut hæc impedian, quo minus per obliquum, ut magis per directum venari quam scientifice didicerit. Siquidem hæc , quando Pater Filio per Dativum succurrere recusaret, hicque forsitan hoc casu durchlächtige und zu flickte Hosen zu tragen cogeretur, cœn cum MEGALANDRO loquitur de Princepe JOH. PASCHIUS (a) omnino pro rata parte eum visu suo si non bearet, saltem prosequeretur.

(a) In Invitatione ad Synodum de modis Lutheranismum conservantibus.

#### §. VI.

Sed quæritur nunc : Licetne Adolescentulæ venari adolescentulum ? Respond. Quandoquidem Studentice responderem sane per omnem modum affirmare me oporteret. Ast nunc Theologice. Quapropter divisam accipe tententiam, quiequid & regere possis. Nec valet objectio. I. Adolescentulum quidem non oportet aspicere atque venari Adolescentulam ; bene vero hanc illum, quia ex costa viri facta ; ut adeo vel quotidie reminiscatur suæ originis gratitudinemque suam erga Masculum declareret (a). Verum enim vero paucis ut me explicem : Festina lente. II. Affectus hi sunt naturales , Asbestique incensus citius possunt deleri, quam hi. Resp. Adhibeas remedium illius MEDICI (b) uxorem suam a Sacris Veneris revocantis singulari quadam ratione ; vel si mavis Chinenium magis ingeniose huic febri medentium. III. FARRA virgo narratur, cum non aspicerit viros, nec iis nubserit, cum posset, hebetes oculos accépisse (c). Sed quis non utraque deprehendit consequentiam CALVINIANAM. Est enim hæc fallacia non causæ ut causæ. Sapienti sat ! IV. Nec adjuvent verba EPICTETI (d)

Aī γυναικες, ευθὺς ἀπὸ τετταρεσκούδενος ἐτῶν, ἵπο τὸν ἀρδεῖν  
κυρίου

κυρία καλεῖται. Ταγαρέν σέρασαι, ὅτι ἄλλο μὲν ὕδεν ἀνταῖ.  
πρόσεστι, μένον δὲ συνκομιδῶσαι τὸς ἀνθράστων, ἀρχοται καλλις  
πίζεος θαῖ, καὶ ἐν τῷτο πάσας ἔχει τὰς ἐλπίδας. i.e. Mulieres  
statim ab anno decimo quarto a viris Dominæ vocantur. Proinde  
cum vident se nihil aliud habere muneris, nisi ut cum viris con-  
cumbant, comere se incipiunt, atque in ornatu spem collocant  
omnem. At enim vero advertant oculos ad verba sequentia, in  
quibus ratio istius honoris ipsis habiti sat polita suppeditatur: προ-  
σέχειν δὲ ἀξιον, ἵνα ἀσθενταῖ, διότι ἐπ' ὕδεν ἄλλω τιμάνται,  
ἢ τὰ κόσμια φάνεος θαῖ, καὶ αἰδηρονες, ἐν σωφροσύνῃ i.e. Id-  
circo operæ pretium est, dare operam, ut sentiant, sibi non ob-  
aliud honorem haberi, nisi quod & modestas se præbeant & ve-  
recundas, cum temperatia.

- (a) Ut supra arbitrabatur Illa in DEMOCRITO Ridente pag. 415.  
num. 86.
- (b) Conf. GABR. NAUDÆNS Politisches Bedenken über die  
Staats-Streiche Cap. II. p. 74.
- (c) ANDR. HONDORFFIUS in Theatr. Histor. quoad Exempl.  
VI. Præcept. p. 585. num. 40.
- (d) In Enchiridio Cap. LXII. p. m. 77.

### PERIOCHA III. DE OCULO ADOLESCENTULAM VENANTE.

S. I.

**N**unc ad Studioſos, qui CONRADI cognomine CURCIPOLDI  
naturam execrant e contra cum ſexu ſequiori potius quam  
cum libris ineunt ſocietatem, ceu loquitur B. FECHTIUS (a)  
poſtquam hodierni ſeculi hæc jamjam ſit facies & αγαπήσας τὸν  
B 3 γῦγ

*hūv dūvā*, Veneris atque Minervæ oculis studet studiosus, hoc subnixus principio, quod etiamst in domum conductam vel NOBILEM TERENTIANAM duceret, non tamen possit expelli, cum locator debuisset prius considerare, *Studioſum non vivere casum* (b). Quam ob rem nonnunquam sibi arrogat Titulum Papæ, gloriatur in se quadrare verba GOMESIANA (c) *Studioſus Papa eſt, quia facit aliorum Patres, imo eſt Pater Patrum.* Exclamat quoque haut raro :

*Dii, pereat quisque lepidam ſpectare puellam,  
Ferreus hanc ullo tactus amore potest.  
Turgidulosque oculos leviterque natantes,  
Nec poterit blandum poſcere baſiolum.*

(a) in quodam Progromm. ad Festum Michaelis Anno 1712.

(b) PETR. REBUF. in Comment. ad Auth. habit. C. ne Fil. pro Patre, & de Privilegiis Universit. Priv. I. & II.

(c) evolv. S. R. GERSTÄCKER in Diff. Philos. de Blanda Gallorum compellatione PAPA, uſu hodie inter nostros recepta §. XVI, p. 15.

### §. II.

Considerationis nostræ igitur erit Adolescens Adolescentulam oculis venans. Hanc deperire intendunt hujus oculi arbitros fugientes (a). Quo & sine dubio vidit Justinianus Imperator Nov. 14. præf. utens phraſi iſta. *Venari oculis juvenculas*, i. e. promifionibus virgines ad ſacra veneris ſeducere atque pellicere. Eſt ergo *Φιλοθείμονος*, quia contemplationis ſtudium magnam mereatur laudem, magnaue affert præmia (b).

(a) ceu de Monachorum oculis loquitur J. J. HEERFORDT in Diff. de primis Eremitis Cap. I. Sect. I. p. 6.

(b) Conf. J. SCHEFFERI Lib. Sing. de Natura & Constitut. Philosophiae Ital. f. Pythagorica Cap. VIII. p. 49.

### §. III.

## §. III.

Rejicimus vero hic prorsus oculum ILLORUM Sacerdotum in nudis sterilibus fœmellis altare circumeuntibus, se faciantem (a). Sicut nec siccō focco præterire possum PIETISTAS Ἀρχιπαρθενοφύλακας prefertim qua imaginariam virginis apparitionem. Percipe verba MAYERIANA (b) : Hac ostentatione Pietismi initia commendabat, & viam parabat D. PETERSEN Virginis Asleburgicæ Ιησοῦ in specie elegantioris formæ virginis apparentem fingens. Ah raræ fictiones ! Non solum per dies, sed & per noctes Pietistis CHARMIREN lubet. Unde merito ILLIUS huc quadrent verba de illis in hoc passu : ὁ δοκεῖν παρθενοφύλακος, αλλ' ἐναὶ θέλει Pietista. Sit ea propter & maneat Pietistarum Pietatis objectum virgo Sophia.

(a) Conf. HONDORFFII Theatr. Hist. quoad Exempl. I. præcept. p. 110.

(b) in nova atque abominanda Pietistarum trinitate pag. 8.

## §. VI.

Fons atque origo hujus contemplationis de qua nos loquimur, est singularis quædam χάρις generi fœminino proprias quam olim antiqui, quemadmodum Plutarchus prodit εὐερωτικῶς vocarunt concessionem, qua κοινωνίαν σωμάτος præbet seque accommodat ad voluntatem Masculi. Hæc autem χάρις, qua τέως κοινωνεῖστο τοῖς ὄνομασι i. e. Schulden, tanta in virgine & adolescenti esse dicitur, ut, dum in prioribus seculis suis tabernis eam præponere consueverint mercatores, quo provocarent contrahentes, ceu patet ex l. 8. ff. de insit. action. & l. qua adulter. C. de Adult., non homines tantum eo citius præfertim Adolescentes adhuc calentes, verum etiam ipsas bestias conciliaverint. Unde & virgo nondum viripotens ipsis dicebatur omnino ἀχαρις. Nam testibus Physicis Psittaci oculus ad conspectum virginis exhilaratur, & gestibus sese erga illam ostendit valde applicabilem,

prouti

prouti hæc refert ISIODORUS (a) NATALIS COMES (b) & alii scriptores passim. Nec dubito quin nulli non historiarum amatori notum sit illud Plinii, aquilam tanto virginem amore prosecutam, ut cum mortuam efferri conspicaretur, gembunda quasi sublîstens, in accensum rogum sese immittens simul cum Amasia conflagraverit. Si vero hac gratia & amabilitate virginis movetur Psittacus, & Aquila; quidni dicunt caperetur Adolescentis oculus, præsertim cum hodie pectori coarctato quasi Deam Cizam adjutricem parturientium (c) præsentant. Sed quis enumerabit dulcis amoris omnes motus? Nam.

Der süßen Liebe  
Gar starcke Triebe,  
Certiken öfters in die Wett.

So kommt die wahre Liebe,  
Ein Jacob folget bald dem ganz geheimen Triebe,  
Eh, er die Rahel noch mit seinen Augen sieht,  
Bald hat der erste Blick ihm schon das Herz genommen,  
Hier lieget ein Magner der im Verborgen zicht,  
Ein Zunder der die Gluth ganz unvermerkt bekommen.

Quare non mirum, ut PHIOPOMENES, Achæorum stratego, orante ejusdam hospitis absentis fœmina, permoveretur ad ligna findenda; ipse enim hospiti retrogresso quærenti, quid hoc rei? Respondet: quid aliud, quam quod fœdæ speciei pendo pœnas (d). En amabo Virgines ὥτας οὐλίστροι omnium oculos in sese convertentes, cum hæ vel silicem subigere quandoque possint lapidem ut se amet (e).

(a) Lib. XII. Etymol. Cap. 2.

(b) Lib. IV. vexat.

(c) Conf. ALB. GEORG. SCHWARZII Hist. Fin. Principat-Rügiæ etat. sec. 2. (g) p. 177.

(d) JOH. FREINSHEMII Not. ad Curtium. p. 123.

(e) Conf. J. OLEARIUM in Heptade exercit. Politic. Exercit. Secund. Quæst. XII.

§. V.

## §. V.

Ad *Media* hujus venationis a parte Adolescentis Masculi quod est, varia ea quoque sunt. Optimum autem est frequens visitatio nuptiarum, alwo die schönen objecta, die brennende Lichter, die Music und Bewegung vom Tanzen, auch wol Einsiedler entzünden möchte (a). Studiosus enim cum non sit ἀφέγω, nec ανέσιος, choreæ autem, dicente MEGA-LANDRO, institutæ & concessæ, ut civilitas discatur in frequentia, & discat Adolescentis venerari sexum fæmineum: Item ut contrahatur amicitia adolescentem inter & puellam honestam, quo postea certius eam ambire possit (b); proinde merito & quandoque στέρεα μορφή

*Dies choreas totos & gaudia noctes,*

*Exercens hilari perficit arte jocos.*

ubi adeo artificiose eum saltare & pedibus - -

- - - *Et oculis equitare videmus,*

ut nihil supra.

(a) Conf. JOH. PASCHENS Beschreibung wahrer Tanzkunst p. 374.

(b) J. P. GRÜNENBERG in Dissert. de saltatione Christiano licita Sect. Erotem. Quæst. V.

## §. VI.

Sessum postea capiens cum SUA Adolescentis supra modum edictus est per τηρημολόγια ρήματα scilicet complementen, Herzbrechenden Worten, eam ad se rapere, sibique obligatam reddere. Nam hujus artis loquendi interdum ea est vis, quantum quidem in saltationibus cuiusvis generis sive Gallicis, sive Anglicis, sive Germanicis &c sæpe frustra quæras. Loquatur ille: Ich habe befunden, daß die Rede-Kunst viel ein grosses mehr allhie beytragen kan, indem allezeit tausend

C

gegen

gegen zehen durch wohlgesetzte Worte (oder auch Singen, Verse und andere Music) mehr als durch Tantzen persuadiret und CHARMIRet werden &c. (a) Relegetur itaque PERRONIUS ! Hic enim Cardinalis ut in aula Gallica eruditus haberetur, apud fæminas aulicas semper de fluxu & refluxu maris, de Ente Metaphysico, & de principio Individuationis plurima verba tædiosa perdidisse fertur (b). Qua via sane nullus unquam ADEPTORUM procedit.

(a) Vid. JOH. PUSCHEN I. c. pag. 360.

(b) GVID. PATIN. Epist. 67.

#### §. VII.

Sed nec hæc absolute & ὀλικῶς damnanda putamus. Absit autem per omnem modum, imo per DEUM, ut cuiquam in Ecclesia Sancta cogitationes ejusmodi de tali venatione suboriantur. De quo tamen CHRISOSTOMUM maximas querelas instituerunt, adducit CHRIST. SONTAGIUS (a): Quid facis o homo, inquit CHRISOSTOMUS, in Ecclesia stans mulierum ornatum curiose indagas ! Non horrescis sic injuriam DEI templo inferens ? Lupanar tibi videtur esse Ecclesia & foro ignobilior ? In foro enim metuis, & pudet te videri mulierem curiose aspicere. In Templo vero DEI, cum ipse tecum differit & minatur, ne ista facias, talia audes eo ipso tempore, quo audis, ne illa facias. Nec horrescis, neque stupecsis, quod cor officinam iniquitatis reddas & OCULOS. PRÆSTAT TALES ESSE COECOS, QVAM ADILLA UTI OCULIS. Hæc Ille. At enim vero quid sibi volunt hæc moralia ? Respondest forsan : Nihil. Quippe cuilibet jam nunc videntur ea OVIDIANA (b) absurdâ, ut eapropter lævia cujuspiam fulvæ colla jubæ velent hodie, quemadmodum quidem olim finguntur Hippomenes & Atalanta in Leones fuisse conversi. Sed ne te ipsum fallas !

(a) Vid. Enneas Periochar. Philonianar. de Terapevtis, Perioch. IV. p. 32.

(b) Lib. X. Metam. Fab. 14.

#### §. VIII.

## §. VIII.

Restant quoque illis nōcumenta physica. Caveant idcirco, nimis charmirant (ne in malam trahes partem B. L. nostrum ὄνομα τονοῖν) Adolescentes, cum alias postea viri atquē uxorati cum Cerdano impotentia afficiantur facile. Nam si cui Jupiter in ascendentē & Venus totius figuræ Domina fuerit, ille olim dīs X. habebit, ut non valeat additamentum C. H. BARTHOLI (a): *A vel le ad posse valet consequentia.* Qui enim tunc nihil hat, nihil dat. Quare ob oculos sibi in teneris annis ponat Ille Venator Exemplum Socratis, qui adeo hostili prosecutus est animo voluptatem veneream, ut abstineret facilius a pulcherrimis mulieribus, quam a turpissimis aliis (b).

(a) In diss. histor. Critic. Priori Addit. III.

(b) Evolv. L. Th. Mylii Socratis Theologiam §. 21. p. 30. (VI).

## PERIOCHA IV.

DE  
OCULO UTRIUSQUE  
ΘΑΜΑ VENANTE.

## §. I.

HACTenus oculi venationem in Periocha II. consideravi ut foemininam; in III. ut Masculinam; In IIII. hac vice proponam eam ut Foeminino-Masculinam sive Masculino-Foemininam. Quæ venatio & eapropter κατ' εξοχὴν meretur dici CHARMIREN. Nam cum Adolescentulus saepius vi conscientiae convictæ dicere se penes cogatur, quod Illa:

C 2

Ille

*Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores,  
Abstulit, ille habeat secum servetque sepulchro;*

Et Adolescentulus de se glorietur ADOLPHI A DANS (a) per quam jucundissimi Poetæ verba :

*IDA νεκ τηνορε, ενας η νοχε συβεγ  
Σαιπιας, ετ νελω λαπτας αμορε φει;*

Quis tunc oculifera, ut SENECAE vocabulo utar, tollat, hicque obicem ponat? Mutuo enim tunc invicem oculus oculum invitat advertitque votum : Ah! si nostris conspiciendus, conspicienda ulterius oculis ex voto relinquenteris ! Adeo cum Phidiaca venere cochlearē insistere desinunt; cum Lacænis & Chynensis domi se non continent; formam non famam publice notam esse volunt; oculos deflectere discunt, detorquendo jamjam eos in unumquemque angulum, unde & haut raro fit, ut in posterum cum Armenia Tygranic conjugæ alieni mariti formam penitus se ignorare bona conscientia dicere nequeant; Amatorum delusionibus delestantur ut Penelope; resident in subsefforis gremio, ut Clytemnestra. Quid tum? Non potest non rebus sic se habentibus utriuscom petere lemma, quod trium Gratiarum picturis additum erat (b).

- - - *pulcherrima forma*  
- - - *rifusque bilares & gratia fandi.*

En Eja ! nobile par CHARMANter Hertz, tanquam ens, in quo distincta sunt unita, compositum (c)!

(a) Evolv. Ejus Poemata p. 127.

(b) G. F. GEIGMANN in program. ad Solennissimas Exequias Trigæ Nobiliss. Juvenum.

(c) DAN. STRAEHLERI dissertt. Philos. de Existencia DEI atque creatione mundi &c. Exercit. I. §. 100. pag. 9.

§. II.

## §. II.

Hujus entis igitur affectiones non possunt non esse communes. Ratio hæc est, quia in numero duali Genera olim communia erant, adeo ut & Atticis omne fœmininum in duali sit masculinum (a). Quod autem commune est, illud est aut generis masculini aut generis fœminini. Quia affectiones masculinas offert se præprimis *Transcursus*. Amor quippe efficit, ut cum altera parte, de cuius amore nunc ulterius non dubitat, se unire quærat, & discurrat, quamvis haut raro causæ hujus *perpetui mobilis* simulentur. Sic alias PERIPATETICORUM inquit, se Castori & Polluci necessaria deferenda habere, modo reverentiam atque suam erga horum sororem Helenam animum adhuc constantem declareret. Quemadmodum alias sæpe CUJACI Scholas privatissimas frequentasse refertur a DN. TRÆR (b) propter illius filiam, quæ elegantioris fuit formæ, modo oculus utriusque *apud* venando amorem continuaret. Quid? quod man præsentiret gerne Hans Wursten, einen verliebten Haasenkops, want man nur ein Diener von Jungfer Lischchen seyn und bleib ben kan, uti loquitur REINHOLD (c). Da finden sich rechte Afftergebührten von Höflichkeiten in den Briefen, um nur bloß das Geblüth bey der Amasia recht wallend zu machen, & quæ sint alia; cum tamen, bene judicante BUDDEO, (d) satius longe esset, hanc artem ignorare penitus, quam eā & se & alias perdere misere.

(a) JOH. SCALIGER in primis Scaliger: pag. 24.

(b) Von den Menschlichen Gemüths Bewegungen pag. 263, sqq.

(c) in suo: REGIME DIES ODER IESU CHRISTI p. 64.

(d) in Diff. de cultura ingenii pag. 12.

## §. III.

Quod autem ad fœmininas pertinet, longe plures adducere in promptu esset. Nec est quod quis objiciat, non dari affectiones

foeminini generis. Hocque suum assertum stabilire intenderet, scilicet fœminas ob id in Veteri Testamento non esse circumcisas, quia non entis nullæ sunt affectiones. Verum enim vero nescio sane albuine an ater sis homo, qui hæc talia afferere conari. Nam cum fœmina spectat ad alterum distinctum entis compositi, omnino & compositi admittat affectiones, necesse est; maxime, cum inter agens & patiens sit contactus juxta omnium Philosopherum mentem. Quinimo exemplum plane in contrarium adducerem, more Æthyopum puerulos & puellas circumcidentium die octavo referente M. DRESSERO (a). De cetero limen Gynæci insalutatum ut mittam jamjam, befinde ich für raisonable. Præsertim cum excubiae ihrer scharffen Jungen, me forsitan depulsum præcipitarent. Quippe deroselben Zärtlichkeit mit der Empfindlichkeit die genaueste Schwesternschafft getroffen, & per consequens ego prædicatum entweder eines groben Wittenbergers, oder ungehobelten Jeneners (b) mihi attraherem, da ich denn also das Wiederkommen nicht prætendiren dürste. Quinimo examinarent me per omnia prædicamenta, si qua eis objicerem frontis superbiam, oculi licentiam, linguae proterviam, gestusque ferociam. Primarias affectiones F. G., qui gestit legere, legat eas recensitas apud A. BUCHNERUM (c).

(a) in Oratione de statu Ecclesie & Religionis in Æthiopia.

(b) Conf. V. M. ST. P. V. p. 17.

(c) in Epist. P. III, Epist. LXXXIV, pag. 852. sqq.

#### §. IV.

Quo nunc? Utrum hæc cadunt in Adolescentes ROSETI NOSTRI? Absit per genium Seculi nostri. Sunt enim adhuc hodie utrisque generis cultum honestatis colentes, dum de simplicitate ponere candorem, de pudicitia præ se ferre pudorem, oculos pingere verecundia, inserere in aures sermonem DEI, manus laboribus assuefcere, corpus habere vestitum serico probitatis, byflo sanctitatis & purpura pudicitæ, iis sit facillimum.

Quarum

Quarum in numero cum singulari ornatu Σοφίας seu SOPHIÆ splendor elucens non latere potuit, sed honesta percrebescente fama, pegaseo quasi volatu penetrans, VESTRA inquam, sibi VOS VIROS PRÆSTANTISSIMOS procos, non Penelopes fungos aut Narcissum calamistratum, vel Mavorti's pullam, sed forte Rebeccæ, Nausiacæ vel Lavinia præclaros Amatores & Admiratores, nec hosce amatoriis Philtris, uti Lucilia quondam, sed nigricantibus oculis ἐλικώπιδος Veneris æmulis nil nisi virtutem castumque SOPHIÆ amorem spirantibus sibi conciliavit. VOS, inquam, Laurea DIGNISSIMOS, deprehendo SOPHIAM oculis clam, palam venantes, sane dubitans, quibus encomiis cumulatum eam VESTRUM constantissimum in IPSAM amorem, & hoc magis, quo utriusque naturæ tantus ingenitus nunc sit amor & ardor, ut jam Benedicente CELEBRATISSIMO D. BURGMANNO, ad hunc Aetum DECANO, PATRONO POMERANORUM DULCISSIMO, conjunctas animas in duabus & Σοφύ & Σοφίᾳ corporibus habitantes binas, divina metamorphosi in unam consolidari mihi fingere certe cogar. Gratulor itaque VESTRAS utriusque oculorum venationes constantissimas, dulcissimas, angustissimas, Gratulor inquam dicendo: FELICITER. Hæc ominor, sub auspicio VESTRARUM cum SOPHIA nuptiarum. Et quo votum meum & επιθαλάμιον est simplicius, eo ipso sincerius habebitis. Complector quippe uno verbo, quod alii longis logis vix ac ne vix quidem expediant inspeciem potius, quam ex affectu. Veritas autem cum brevitatis sit amica, Ego sine pompa hoc breviloquio in quo cœpi definam: FELICITER.

---

### PROBLEMA I. STOICUM.

Utrum Hodie apud Germanos Maritus satius petat acu uxorem, quam olim apud Romanos Matrona ancillam? (\*)

(\*) Conf. HERM. MATTH. RADEMACHERI Meditatio Academica de Jure circa correctionem disciplinarem §. LIII.  
p. 90.

PRO-

## PROBLEMA II. ARISTOTELICUM.

Num Boreæ tanta vis sit, ut hoc flante subiectum patiens concipiatur Masculum? (\*\*)

(\*\*) Vid. WILHELM. HULD. *WURDSCHMIEDE* in Diff. de Temperie Aeris Thes. VI, p. 10.

## PROBLEMA III. POLITICUM.

Utrum Docttor Philosophiae Nobili genere præferendus? (\*\*\*)

(\*\*\*) Evolv. CHRIST. WOLDENBERGII Diff. Juridic. de M. juma Posit. Polit. 19.

## PROBLEMA IV. LITERARIUM.

An satius Allegationes ipsis §§ inserere, aut cuiilibet § subiectere? (\*\*\*\*)

(\*\*\*\*) Posterius vult C. H. AMTHORIUS in Programmate oder dem gemischten Discours von dem Rechten &c. qui ich will eben so gerne, inquit, einen Arabischen Hexenmeister de conjuratione Spirituum mit allen seinen Charakteren und Figuren, als einen alten Glossisten oder Commentatorem durchlesen, der den Leuten mit solchem verwirrten Zeuge und allegationen ( §§ immixtis ) so viel *HOCUS POCUS* vor den Augen mache.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn828612455/phys\\_0032](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612455/phys_0032)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn828612455/phys\\_0033](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612455/phys_0033)

DFG





ne classis sit homo, ut loquar verbis H. OLIVAR aspera ad astra itur per varios casus per tot di- Fortis autem hic poscitur animus, mortis terrore um vitæ extreum inter munera naturæ ponat ue dolores, nesciat irasci, nihil cupiat, & potiores HERCULIS ærumnas ducat fævosque labores & his & SARDANAPALI cœnis. En Nobilissimum

ut. de Numeri Quinarii Excellentia §. IX. Juncto Pen- cursus Studentici de Studiosi Monasterio Academi- §. 4. ubi nostro scopo hic inservientia plura in no- runt.

### §. II.

ur NOBILISSIMO ex se nato inest Epietetis, So- Senecæ, Bruti, Catonis. Philosophiam habet cal- lem, i. e. Sie ist im Kopf und nicht auf den Händen, non μερικῶς & in tantum, sed ὁλικῶς & in to- mit in mundo, quasi extra mundum, infra coe- oelum, ne qua pavidum feriant minæ, si fra- s. Loquimur autem præprimis de Politico eeu quem quidem sat aperte indicat §. III. Sect. II. in tempore Stultitiam omnium vitiorum matrem, abitu & commodo erigi. Divites ignobiles oculi. Magnanimæ paupertatis ipsum non pudet. virtuti und gebrauchet sich einer Philosophischen Freyheit. In mundo est nonnisi accidens. im NOBILISSIMUM ad ἀπαθείαν i. e. Nichts- tydens-Befreyung, naturalem bonitatem, & em ducentia. Cum his autem conjunctam de- penes animum fidelissimum.

### §. III.

emque nunc fidelissimum putat je ehrlicher, respicit propria, non Personalia. Studet fi- ten wackern- und edleren Mannen decenti. Uni

B 2

contra